

infelicitatem iudicium esse, impatientem natura sua, neque praestolari, donec malum acciderit, ut in antecessum illud forte teneatur; improbam habere providentiam, & futurorum penetrare secreta, ut in illis nostrum inveniamus supplicium: non satis illi mala esse presentia, sed ut omnis temporum varietas in nostram calamitatem confuso quodam consensu conspiciat, praeterita in mentem revocet, ob ea, quae futura sunt, nos sollicitat, simulque coniangit eas poenas, quas tyrannorum saevitia simul inferre non potest. Addunt, quemadmodum mala ipsi praevertere quaerit, oblectari etiam eadem augendo, neque illa unquam faciat, ut nobis terrorem obijcere, quin graviores faciat, ut nobis terrorem incutiat, quod si mortem nobis intemat, hanc proculdubio omnium esse teterissimam, & si quod minatur in commodum, hoc esse acerbissimum. Itaque experientia docemur, timorem minus esse ferendum malo ipso, quod praevidetur, atque ex omnibus cruciatibus illum, quem nobis metus infert, omnium esse gravissimum: ideoque vix unum reperies, qui non malit semel emori, quam in singula momenta mortem expavescere. *Idem.*

Insolitatur, quod omnia semper in deteriorem partem interpretetur, ac mala, quam re ipsa sunt, efficit atque graviora. Similis est, apud ignavis exploratoribus, quos mitti Moyses ad Palaestinam cognoscendam, quorum infidele nuntium prope fuit, ut Judaeorum populum a gloriosissimo conatu detererent: atque in montes converterit; bruta omnia monstrorum portenta illi videntur; neque ullum cerdit periculum, quod inevitabile nequaquam exilimet. Verum est, illum semper deteriorem partem amplecti, & ne deiciatur, magnum cum omnibus extremis ejusdem periculis sibi fingere: sed magis conformis est prudentiae, quae nunquam futura consulit, quin ibi omnia praenotat pericula, quae possunt contingere, viresque comparet, quibus hostium, a quibus oppugneri potest; impetum propulset. Non considerat ea solum, quae sunt, sed quae fieri possunt, atque se ipsam pauperior torquet, ut certam sibi requiem procuret. *Idem.*

Elogium amoris Dei.

Quod primum docet Spiritus sanctus in omnibus, qui accedunt ad Deum, hoc est, quod videlicet illum venerantur; sapientiae mysteria Deum timentibus duntaxat aperit: vulgarior loquendi ratio, qua utitur, ut sanctos, iustosque homines indiget, est illos Dei timore plenos vocare: *Viri iusti, & timorati. Vir timens Deum.* Vult, maxime commune apostolicae praedicationis argumentum ex terribilibus iudiciis ejus desumi. Summi illi antiquae legis viri, qui ad o familiariter cum Deo loquebantur, & quos Deus ipse amicos, & homines secundum cor suum appellabat, quamquam hac necessitudine, & familiaritate gaudebant, tantum timoris erga illum concipiebant, ut insolita loquendi ratione illum terrorem suam dicerent: atque inter eos titulos, quos numquam deserebant, hunc etiam terribilis Dei recensebant; & ubicumque de Deo, de timore quoque loquebantur: *Ubi Deus, ibi metus in Deum,* inquit Tertullianus. Propheta Isaías cap. 11. incomprehensibiles describens gratiarum thesaurus, quos Messias possideret: *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Pl. 13. Omnes illa praecipue veritates, propter quas olim sanctissimi, doctissimique viri trepidabant, veluti phantasmata habentur, & populorum terrorelementa, nec non salutaris ille timor, qui effiebat olim, ut celeberrimi illi christiane religionis Heroes contremiscent, nunc tanquam pusillanimitas, & animi angustia exilimatur: *Timent Deum & spicantur.* Misa igniam aeternorum, quos divina iustitia in inferno succendit, cogitatio magna illius divinum iudiciorum diei, terrorem suppliciorum aeternitas, haec omnia fore in jocum traducta sunt a quamplurimis temerariis adolescentibus, qui audacissimos Sodomorum cives imitantur, quorum miseriam forem evitare non poterunt. Copcionator auditores suos admonet de terribilibus iustitiae Dei ultoris effectibus, etisque devorabilis inferni flammis minatur, hic idoneus, qui populo haec vendit, exilimatur. Impii terribiles haec veritates irrident, pia commenta putant, vel spectra devotionis, quae ad id unum prodesse possunt, ut videlicet rudes homines in officio continent. Sed donec fatalis ista constantia auferat illis sensum malorum ipsi impendentium, violenta mors, inopinatus casus illos in omnem aeternitatem precipites agit in infernum. *Idem Sermonem pro quarta Dominica Adventus.*

Quam ratio fit inter homines timor Dei.

Ubinam hodie videtur hic inter homines timor? Nonne merito possumus nunc iterare illam regii Prophetae quaerimoniam: *Omne declinaverunt, simul imbeciles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Heu! Quamvis est causa generalis hujus corruptionis hominum, atque depravationis morum, quae in omnibus christiane religionis statibus grassatur? Haec est: *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Nullus fere amplius est Dei timor in terris. Modo fideles omnia timent, praeter Deum: timent pauperitatem, timent malam valetudinem, timent dedecus, & ignominiam: Deum unum non timent. Si princeps, si nobilis, si potens aliquis homo in nos iratus esset, nostrumque jurasset excidium; quis terror? quae sollicitudo? quae cura, ut iram illius malceremus? Clamat fides, Deum in nos iratum esse.

se: *Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est.* Deuter. 32. Videt secretum illud scelus, illam injuriam, ultionem illam; Sanctus Sanctorum iratus est, ac per aeternitatem suam juravit futurum, ut poenas repoleret, ac de inimicis suis ultionem ex-peteret: quis autem has audiens finis expavescit? Quis hoc odium, hanc Omnipotentis iracundiam timet? *Non est timor Dei ante oculos eorum idem.*

Tantum nobis timeandum est, quantum opus est, ut certam faciamus salutem nostram: in eo timore vendendum est, qui aequo & ab infelici desperatione, & nefaria distans praesumptione nos in hoc & confidentie in Deum, & diffidentiae de nobis temperamento contineat, quod ad nostram justificationem omnino necessarium est. Omnis salutis nostrae cura non debet esse inquieti, ac tumultuosa, quae interiore animae pacem perturbet adeo necessarium ad vocem Domini audiendam, & gratiae afflatus a naturae suggestionibus dignoscendos. Temet, quoad fieri potest, in summa Spiritus tranquillitate contine, nec non in perfecta submissione divinae providentiae consilii. Si altera ex parte salutis tuae incertitudo te terret, te altera ex parte confirmet. Cum enim Deus humiles tantum salvos facere velit, nonne tibi non exiguum est consolatorum argumentum ignorare, quid de te sit futurum, cum nulla res magis, quam haec ignorantia humiliare te possit? O summum Divinae bonitatis opus! quae sciens, nos Sanctos esse non posse, nisi vere humiles fuerimus; neque perfectos futuros, iustitiae nostrae fortis incertus esse, ut nos hac incertitudo sanctificaret. *Specimen sermonum pro Dominica, prima post Pascha Dominica.*

Deus, qui vult, nos in timore, ac tremore, ut inquit Apostolus, salutem nostram operari, permittit tibi, ut sanctissimus quisque, ne necessitissimus sit, vereatur, simulque hos consolatur, atque confirmat secretis testimoniis, quae Dei Spiritus perhibet intra ipsos, salutaribus sollicitudinibus de incerto animae ipsorum statu illos humiliat. Si gravibus emancipati fuerint criminibus, ex quibus illos divina eduxit misericordia; timent semper, ne satis austeram egerint poenitentiam; & quo sublimiori in gradu Dei gratiam possident, eo magis divinum hoc lumen efficit, ut agnoscat enormitatem scelerum, quae patravunt, ac infinitas Dei perfectiones, quem ostenderunt. Ita ut haec duo objecta menti eorum semper praesentia exasperent, ut ita dicam, in singula momenta contritionis eorum dolorem, & indolenter poenitentiae ipsorum amaritudinem refricent. Sin autem Deus illos a gravioribus flagitiis praeservavit, timent, ne rei sint spiritualium peccatorum, quae in conscientiae occultiore sinibus delitescunt, & quae eo magis periculosa sunt, quia post se minime relinquunt eam confusionem, quam nota, gravitate scelerum in insignibus peccatoribus clere consueverunt. *Idem Sermonem pro decima tertia post Pentecostem Dominica.*

Nec desit imperterrita quadam, sed funesta constantia, impiorum propria: mundus enim hodie, & flagitiosorum hominum constantia. De impiorum, & flagitiosorum hominum constantia.

Cum S. Petrus Apostolus in Dei timore complexus est omnia hominis christiani erga divinam Majestatem.

Quam esse debeat timor nostrus.

Vult Deus nos cum timore salutem nostram operari.

De metu, qui dicitur servilis, quod dicitur dominus, & sanctus sit.

Timor hic laudabilis, & sanctus est.

Verus Deitimon servilis non est.

eam officia, neque inde excludere vult fidem, pietatem, religionem, virtutesque alias, quae efficiant, ut supremo huic animarum nostrarum bono adheramus, neque falsae sit dicit, ut vere Christiani sumus in servili quodam iustitiae, atque iudiciorum Dei metu vivere; sed ut haec omnia simul complecteretur officia, hac usus est virtute, veluti illa, quam Prophetae initium sapientiae, primumque annulum vocant in hac virtutum catena, quae sub JESU CHRISTI imperio nostras voluntates captivat. Non loquitur igitur Apostolus de servili timore, qui solus sit, & nihil in animabus nostris producat; loquitur de timore saecundo, quicquid erat timor Job, cum dicebat: semper vixi in timore Dei; hic efficit, ut charitatem erga proximum exerceat, ut semel oculus caeco, pes clauda, atque de omnibus benemereri concederem. *Ex christianis sermionibus in Dominica Terma 4.*

Si Prophetae adeo frequenter praecipiant, ut Dei timorem habeamus, id faciunt, S. Bernardus ait, quia virtus haec fuit ceterarum. Haec nos constantem efficit sine temeritate, firmos sine duritia, indulgentes sine molliitate. Timor hic non auferat animos, quod impii dicunt, illos immo confirmat, atque supra mundum omnem attollit, illos subjiciens Deo. Omnes historiam evolvit, & videbis eos, in quorum anima altius Dei timor erat insculptus, praeteris egregia facta edidisse: quicunque enim Deum timet, studet nihil facere, quod displicat Deo, & ea facit omnia, quae Deo accepta esse cognoscit. *Idem.*

Deum timere, & amare sepe unum est.

Putant nonnulli, alud esse Deum timere, & aliud illum amare, quod nihilominus alterum sit sceleris dispositio, & sepe utraque simul confundantur. Quomodo istud? Tria sunt timoris genera, S. Bernardus ait: primi generis est timor suppliciorum inferni, quae nobis intentata sunt; alterius timor est, ne fruamur Deo, ac in aeternum supremo hoc bono privemur; tertii vero timor est, ne divina delituamur gratia, ac ne Deum amemus, sicut illum amare & possimus, & debemus. Hoc positum constat, extremam hanc timoris speciem verum esse Dei amorem, & per illam veram sanctitatem acquiri. Reliquae duae species bone fuit, hominemque in officio continent; sed tertia timor est perfectus, atque filialis. Ita Deum timere, vere est illum amare; est, S. Augustinus addit, vere adimplere illud S. Petri praecipitum: *Deum time.* i. Pet. 2. Notandum quippe est, secundum Sancti hujus Doctoris principia, duas esse timoris species quorum altera in charitate non est, ut loquitur S. Joannes in 1. ep. 4. *Timor non est in charitate;* altera vero est cum charitate conjuncta. Prior ille metus est servilis, per quem a malo abstinemus, non quod iustitiam diligamus, sed quod supplicium perhorrescimus. Posterior est timor filialis, per quem metumus, ne gratiam amittamus, & ne recedamus a Deo, quantumvis nullum esset vel supplicium timeandum, vel premium sperandum; & hic timor ab amore proficiscitur, vel ipse verus amor est. *Joly in mixtis operibus sermone de Clerici carum.*

De metu, qui dicitur servilis, quod dicitur dominus, & sanctus sit.

Timor hic laudabilis, & sanctus est.

Si Deum non times, nisi quod te punire potest, S. Augustinus ait, ne tu illum non amas. Fieri tamen potest, ut hic suppliciorum metus te in officio contineat; fieri potest, ut te colligas, ac incipias optare bonum, quod te ab his eximat poenis. Quam multi hac ratione converti, & iustificati sunt? Quam multis gratia oculos aperuit, ut illis ostenderet periculum, cui se objiciebant? Si eo in statu moreror, actum de me in nullam spem reditus esset. Quam multi hoc timore periculi dixerunt intra se: opus est, ut vite rationem immutem, & agam poenitentiam. At hoc pacto loqui, & hos sensus fovere idem est, ac incipere veri boni desiderio teneri; & hic timor licet in charitate non sit; tamen introducit charitatem. *Idem.*

S. Augustinus hunc timorem commendat: *Ignem times, bene times.* O Dei iustitia, quam metuenda est! aeterna flamma, veltri memoria factis, superque apta est ad terrorem in constantissimas animas incutiendum! Si timor hic omnino immutetur, & convertere cor nostrum nequit, non ideo tamen inutilis est; peccati actum coeret, concupiscentiam imminuit, prohibetque, ne extrinsecus malos afferat fructus. Hoc docet Scriptura, quae ait futurum, ut nunquam peccemus, si mortis, atque eorum, quae eam consequuntur, semper meminerimus. David quoque videtur perfecte timoris Dei nobis effectus exhibere per haec verba: *Confite timore tuo carnes meas: a iudicis enim tuis timui.* Plal. 118. Propheta hic Deum orat, ut quandoquidem iustum habet inimicorum

eius timorem, caro, & concupiscentia illius alligata, atque confixa permaneant; ita ut peccati fructus ferre non possint. Si timor efficit, ut super cetera aeternis timeamus cruciatibus, timor hic erit veluti crux, cui affectiones nostrae erunt crucifixae; ut si minus mortuae sunt, illic tamen immobiles, & captivae permanent. *Idem.*

Mundi sectatores ideo tot injurias, & scelera committunt, quia in illis aliquid invenitur, quod suis satisfacit votis, atque cupiditatibus; sed Dei timor cum fide animatur, omnes fallaces has oblationes evertit. Hic nobis oculos aperit, ac ostendit supplicia, desperationem, aeternamque mortem naturales esse peccati effectus; terribiles haec poenas peccatoribus debitas in hac etiam incipere vita, & eos emnes, qui creatis rebus per incompositas affectiones adherent, necessario miseris fieri, caecos, sive, sensuque carentes. Ideo peccatores, qui jam se his malis obrutos vident, & qui deteriora adhuc verentur, dolere, ac gemere debent, sese humiliare ac poenitentiam agere criminum suorum veriti, ne in divinae iustitiae decidant manus. *Idem.*

Quid non afficit in improbis mortis timor? Ut vitae studeant incolamitati, saecenta patientur tormenta morte ipsa deteriora: silentium servant: inter sevilissimos etiam cruciatibus patientes sunt, atque generosi, utque diutius vivant, miseriam vitam ducere non detrectant. Quis ergo mirabitur, quod Dei timor eosdem habeat effectus? Quod qui metuunt, ne animarum suarum morbi, atque peccata in infelicitissimam desinant mortem, se se intra solitudinem continent, ac sibi jagan mortificationem inducant; quod acerbissime corpus suum castigant, & carnem crucifigant, ut in semet peccatum, & peccati affectiones occidant? Haec aequo intelligimus, Dei timorem gignere posse hos effectus sibi adeo naturales; illud vero mirum est, quod tam pauci peccatores adint, qui, uti opus est, Deum verentur, quandoquidem adeo pauci sunt, qui peccatorum suorum veram, solidamque faciunt poenitentiam. *Idem.*

Cum humanis tantum acti rationibus operamur, timemus saecenta, quae nulla ratione tingenda sunt: timemus afflictiones, iacturas, humiliactiones, contemptum, pauperitatem, quae fluxa mala sunt, & ad breve tempus saevientia. Sin autem Deum, uti opus est, vereamus, timor hic nos aliis quibuscumque timoribus liberabit: nihil praeter supremum iudicem veremur, qui non solum corpus nostrum peccati occidere morte, ab ipsa usque navitate damnatum, sed qui animam simul cum corpore in ignem aeternum conjicere potest. Metuenda sunt nobis scelera Deum contra nos irritantia; metuendum nobis est, ne in impoentia decedamus: metuendum nobis est corpus hoc corruptionis, quo sumus indoti; quandoquidem solus christianus timor: prohibere potest, ne jugiter nova peccata producat. *Idem.*

Infernum non cogitare, mira caecitas est; illum cogitare, & non metuere, monitosus est furor; illum cogitare, timere, ac non omnes conatus exercere ad illum evitandum, deplorabilis est infamia. Fieri non potest, ut animo serio ignes aeternos cogitans peccare velit. Hoc vallum est, quod illum cohibet; frenum, quod illum coeret; obex, quem illi obicit gratia, ne eo abeat, quo illum malus demon, & pravi affectus corripiant. Inde fit humilior, cautior, ac sibi metipsum attentior; dicere etiam audeo, cum D. Chrysof. hom. 55. ad Pop. Antioch. *Nemo eorum qui gehennam ob vitios habent, in gehennam incidit: nemo gehennam contemnerunt gehennam effugit.* Hic Domini timor, qui sapientiae initium est, via quaedam est ad amorem illius; postquam illum veluti iudicem timimus, eum tanquam patrem amamus: in infinita misericordia ejus confidimus, illi nostras infirmitates, & miseras exponimus, peccatorum veniam petimus, amicitiam ejus exquirimus, & confilium capiamus, quidquid accidit, illum in posterum non ledendi. *Ex dictionario morali in consilerationibus de inferno.*

Nihil nos magis humiliat, aequioreque tribuit metuendi causam, quam incertitudo, in qua versamur, de gratiae statu. Nemo scit, inquit Spiritus sanctus, utrum amore, an odio sit dignus. O magnam timoris argumentum! O magnam humiliactionis causam! Nunquam hunc metum tacitas reputeo, S. Bernardus aiebat, quin totis artibus contremiscent. Si hujus characteris, & sanctitatis viri trepidat, ubinam solitius causam nos inveniemus? Mortales omnes terribilis hujus incertitudinis confortes sunt, iusti aequo, ac peccatores, sed non eodem modo: peccatores quidem, quia credere debent se in gratiae statu in-

Quid Dei timor in hominibus praestet.

Quid in hoc mundo nobis metuendum sit.

De timore inferni.

Timeendum nobis est, propter incertitudinem status gratiae.

Timor scientie Dei

Timor divi- ne justitie

Ratio metu- didem ex il- lius miserie, ac potentis desumpta.

Deum non timendos timenda sunt omnia.

Inferni ti- mor, quem S. Hierony- mus habet.

venit: justus vero, quia semper timere possunt, ne sint. Quam terribilis, Domine, hæc est incertitudo! & quomodo hæc opprimemur, nisi ipse nos contemneret! Sed quoniam ad superbiam nostram intrinsecam, nosque in humilitate continendos est necessitas, noluit eadem subire debemus, & nunquam justitia tua terrorem abijceret. P. Neppen tom. 2. Confessio.

Deum timeamus, qui efficit, ut a se ipsum præceat mors, & qui solo oculo obitu scit, ut Gentes tanquam cæca liquefiant, & montes saculi in pulverem redigat, ut loquitur Propheeta Habacuc. Eheu! S. Aug. Tract. 112. in Jo: ait, si sola vox illius, qui hæc protulit verba, Ego sum, sine alia ope evertet potuit militum manuum, qui magis terribiles erant propter odium, quod agebatur, quam propter arma, quibus septi erant; quid tandem efficit hæc Homo Deus, uti venient judicaturus, cum judicandus adeo potens extiterit? Quid poterit, cum venerit regnaturus, qui tantum potuit extremo supplicio efficiendus? Abbas de Monmorel humilita de Passera.

Justitia acceptum referendum est, quidquid ferms boni fit in mundo, & salus animarum, si enim non esset Deus, qui scelera nostra puniret, quotiqueque bonum sequeretur, & inter vitia, qua modo gallantur, quot nequiores adhuc abominationes viderentur in terris? Timor hic homines sapientes facit, ac magus est illis stimulus ad virtutem: adeo enim ignavi sumus, ut sine ullo suppliciorum timore premium ipe nequaquam afficeremur. Judicia tua, Deus, longe alia sunt a judiciis hominum, & quomodo infinita misericordia tua sese in omnem vitam nostram extendit ex eo temporis momento, in quo lucem providimus, opus est, ut momento eodem, quo ex hac vita migramus, infinite quoque justitie tua experiamur effectus; opus est, inquam, nisi sapienter præcautione sententiam tuam prævertimus, tuque justitie satisfecimus. P. Lessus in tractatu de divinis perfectionibus.

Scitote, regum majestatem in solis suis, solis nitorem in cælis sylvinis nubes scindentes vim nihil habere, quod comparari valeat cum majestate fulgore, ac vi Dei, quem adoramus, agebat Job. Penitent est, quam omnes simul potestates, altior, quam omnes altitudines, sapientior, quam omnes cæli, terraque sapientes. Hic tanquam terra fumus humanas dissipat opes; hic regna subvertit, & de principum capite thyras, & diademata dejicit: hic danique cum iratus est, in pulverem mutat omnem, quam mundus adorat, gloriam, quam hominum, vel Angelorum maxime jure ex illo exquirere possit: cur facis hoc? Quis ergo non timeat adeo procedere, atque incomprehensibilis majestatis Deum, dummodo vel parum illum agnoscat, & qui illum quarumcumque necessitudinum, humanarumque oblationum iactura hunc sibi amicum atque patronum nolit adfiscere? Quid timere possunt timentes Deum? illum vero non timentes quid timere non debent? Pastor de Sauls libro quarto de consuetudine in Deum capite quinto.

Ajo, Deum non timendi necessario omnia, qua extra Deum sunt, esse timenda: nihil enim adeo infirmum, & miserum est, quod illi nocere non possit, ubi ipsum non solum Dei presidio delictum, verum etiam odio ejusdem oneratum inveniat. Ecce egressus me hodie, infelicissimus Cain dicebat: omnis visum, qui invenit me, occidet me. Gen. 4. ita ne igitur me deseris, Creator; ita ne me a facie tua repellis? Quid inde fiet? nisi quod omnia a te creata insurgent in me, ut me delectant, & perdant, ut me deglutiat tellus, me pelagus submergat, me suffocet ser, ac in me fulmina sua caelum contorqueat? Quid aliud expectare a creatis rebus possum, cum me oderit creator? Hoc illud extremum est malum, ad quod redigis me, procul a tua laete rejiciens. Idem.

Si tibi nondum satis amoris est, ut Deum timeas eo modo, quo obsequens filius patrem suum veretur, saltem illum metue tanquam eum, qui futurus est iudex tuus: metue tanquam illum, cujus incomprehensibilia sunt judicia; metue tanquam justum seclerum vindicem; & quia horribile est in ejus manus incidere: & quoniam hic metus Dei donum est, illum humiliter pte.

Vides S. Hieronymum, qui propter judicium Dei timorem, ut ipse testatur, sese inter specus horretis latebra clausit penitentiam acturus: Ob gehennam meam sale me carcere damnaveram. Homo ille sublimi loco natus, & inter delicias nutritus, ultro in horridam secessit solitudinem. Solis ardoribus exultam: In calida solitudine constitutus, & exustus solis ardoribus;

ille, qui primos annos in celeberrimis terrarum acedemis versatus est, qui familiariter cum summis Pontificibus, præstantissimisque totius mundi principibus egit, se ipsum scorpionum, ferarumque focietate damnavit. Scorpionum tantum socius, & ferarum. Domus illius obscura caverna est rupibus circumsperta; indumentum illius diffusum, minisque facie: horrebant sacro membra deformia. Dies, noctesque in suspiriis, gemitibusque tradidit: Quotidie lacryma, quotidianis gemitibus. Neque has satis esse putans austeritates, manu silicem stringit, ut suum pectus percutiat. Penitens hic, quem vobis exhibeo Dei timore affectum, & justitia ejusdem perterritum, ob genena mirum, non utique est homo inanibus obnoxius illusionibus, sed celeberrimum ingenium, ac nulli secundum inter ea, que Christiana religio produxit. Texor in adventu, de impio infelici.

Nonne ratio, quasi presentia mala sibi nequaquam satis esse videntur, fludet, ut futura ipsa ferretur, atque animo suo formidabilem exhibeat imaginem malorum, que fortasse nunquam evenient? Illam nulla vel acerbilissima mali circumstantia fallit; atque in id omnem impendit opem, ut omnem mali magnitudinem sentiamus; quam dolore & conatur eludere, non revocat, atque sequester, sique molestis cogitationibus pensat vel vol. pratem, qua ad breve tempus infelicitatis nostre oblivisci potuimus. P. Chennanti sermone de tribulationibus.

Terribilium Domini judiciorum timor necessarius est, ut peccator ad penitentiam revocetur. Sed amor timor accedat oportet, ut hæc penitentia perfecta fiat. In humano corde dua partes aliquid conferre debere mihi videntur, ut integra, & perfecta sit quis conversio. In toto corde usque. Adhuc in corde pars inferior, que magis crassa est, & rudis, que sensibilibus tantum rebus affici potest: timor in hac parte cordis esse debet; hic horribili imagine inferni, & naturalis horrore vitiorum humanum cor percellit, & a peccato deterrit. Verum in corde eodem est altera pars superior, atque celestis, que vividioribus tanquam gratia luminibus patet: partem hanc movet amor, & charitas Dei, que efficit, ut Deus propter Deum ipsum queratur. Cordis conversio a timore quidem ducit initium, sed per amorem perficitur. Ad Deum non nisi propter timorem reverti, hoc ex parte duntaxat, ut ita dicam, converti est: ut totum cor Deo serviat, amor cum timore debet conjungi. Ex Specimine sermoneum Abbatis de Breteville.

Non satis est ergo, Fratres, S. Augustinus agebat, amor Dei ut peccatum evitarem? Opus erat, ut timor, ac maxime terribilis minis pro fidelibus adhiberetur? Timor in assequitur amoris exitum: sed saltem si timor illi faceret, quod amor faciendum esset, minus miseri ellimus; illud vero miserum est, quod hodierna die eo usque seculum omnem abjecimus, ut neque amore, neque metu afficiamur, & que maxime terribilia sunt, nulla & in cordibus nostris vim habeant. Idem.

Spes, atque timor duo sunt veli libramenta, per que vult Deus homines in hac vita considerere inter duo, quibus septi sunt, præsumptionem videlicet, atque desperationem. Utrumque sua habet fundamenta solida, & inconcussa. Ut speremus, satis est scire, Dei misericordiam infinite majorem esse nostra infirmitate; noluisse Deum in hac vita ullam satis certam reprobationis cujuslibet præbere argumentum; ipsumque præsto esse, ut sua gratia recipiat, quicumque contrito, & humilato corde ad ipsum confugerit. Ut autem timeamus, satis est, penitentes cordis nostri latebras nobis inexploratas esse, & velicere, utram amore, an odio digni simus; nobis esse compertum, finalis perseverantia in gratia peculiare donum esse, quod Deus nemini debet, nullum esse justitie statum gradumve, ex quo decidere nequeamus, & homines sibi met ipsi traditos in omne nefas posse prorueri. In continuatione Speciminum Ethicorum Tom. 2.

Quicumque sibi effingant homines de Dei bonitate, & misericordia ideam, nonne illos justitie ejusdem perterret aspectus in universali mundi naufragio videntes, quantum illi displicet peccatum, & quam parum divinum temperare possit ultionem ingerens peccantium multitudo? Dicerent illi ne post hæc si Deus omnia punire vellet peccata, omnes mortales esse puniendos, quandoquidem reliqui omnes, ut ipsi peccant; ac illum invenire possent solatium in magno eorum numero, quos imitantur, cum ibi oculis fidei contemplerent peccatores omnes universali delicto deletos, quin ne unus quidem ultionem divini manu effugiat? Liber, cui ritulus, Vita Sanctorum Patriarcharum veteris testamenti.

Discipulo timore generatim.

Dei timor est, ut penitentiam agamus.

Dei timor inter præsumptionem, & desperationem continetur non debet.

Divina justitia cogitatio.

Deus sepe in hoc mundo peccata puniit, ut eorum timorem injiciat.

Divina justitia severitas in eos, qui Dei gratiam abutuntur.

Perseverantia nolite in certitudine nos in timore continere debet.

Hoc in Scripturis Deus; sepe minuitur. Efficiet aliquando, ut justissimos ire sue experiri effectus; & gladius ille, de quo loquitur Propheeta, saviens in domum tuam non recedet ab ea, nisi prius illum omnino deleverit: Non recedet de domo tua gladius in sempiternum. 2. Reg. 12. Tunc clamare audieris? Muro Domini, muro Domini, usquequo non quiesces? Jerem. 42. Sed fortasse frustra clamabis; atque te clamante, quiesce, Deus vicissim clamabit, percutet: Muro, muro evaginare quæcumque est appetitus. Ezech. 21. Percute muro, quiesce, amicos, fortunas, filios, valitudinem, exultationem, honorem, nulli rei parcas, quamvis impunitens, nullo fuerit affectus supplicio; que Deus in hac vita possit immittere; manifestum quippe indicium est, peccatorem gravius divina ultionis affectibus in infernum æternitatem reservari. P. Aurelianus.

In Bibliis quadam occurrunt summe severitatis, quam Deus in illos exercuit, in quos largius suas gratias effudit, exempla, quorum pleni Propheeta sunt. Quid dicam de parabola fici, que in evangelio igni adjudicatur, quia sterilis est? Etenim, ut S. Chrysolomus inquit, quo majori cura olitor arborum colit, eo magis in hac irritatur, cum, licet suis excolat laboribus, nullum fructum auferat. Quid dicam de poma servi in tenebris fractum projecti, eo quod credunt sibi talentum in quello non collocaverit; ac de tot aliis agris, quibus Dei filius utitur ad excitandum Christianorum fidelitatem terrore indignationis sue, & formidinis pæne, quam preparat illis, qui lumina ipsius contemplerunt? P. Rapin, de sibe primorum sculorum.

Ut nos humilitate, ac submissione contineret Deus, cogereque, ut cum timore, ac tremore salutem nostram operaremur, noluit Deus fidelem perseverantiam commercio exponere humano, sed illis sibi jus reservare, ita ut semper metus esset effectus sue misericordie. Promisit ille quidem gratia sanctificantis augmentum julis omnibus, qui exercebant virtutem non secus ac glorie coronam in omnibus, qui in gratia factu decesserunt; idcirco ille, qui ita felix extierit, ut mortem gratiam possideret, coronam hanc assequeretur. Veram perseverantiam illene in gratia ut que ad morem? Ita fortasse. At itane perseverabit, qui nequeat Deus, quin justitiam fidelitatemque suam laedat, illi gratiam negare, que illius efficere debet perseverantiam? Non ita. Quare? quia omnes bonas actiones nostras nullam habent necessariam nexum cum dono perseverantia. Hæc non est illis debita remuneratio; non deest igitur justa semper metuendi causa. Ex Anonymo.

O terribilis incertitudo nostre prædestinationis, & gratia, a qua perseverantia, & salus nostra pendet! Quam terribilis est in re tanti momenti! sed quam simul nobis immittere debet humilitatem! Hoc unum scio, me sine perseverantia nunquam salvum fore: de fide est, me illum nec mereri, neque certam facere posse. In quo ergo confidam? Nunquid in voluntate Dei? Hæc me latet hæc in re: Quis cognovit sensum Domini? inquit Apollolus ad Rom. 11. Aut quis constitutus est sibi? Si eam ignorabat S. Paulus, qui ad tertium usque raptus fuerat caelum, qui illum sibi exploratam esse confidat? In voluntate mea? Cum adeo cæca sit, infirma, corrupta, mobilis, ullaque illius rationem habeam? Nunquid in bonis operibus meis? Præterquamquod ut plurimum adeo abundans defectibus, quævis essent præstantissima, & perfectissima, non possent tamen certe gratiam perseverantia mereri; semperque nobis occasio esset timendi, ne illum unquam esse affecturum. P. Neppen in spiritu Christi.

Judas in J. C. societate perit. Hæc prima confidatio est. Donec in mundo sumus, prædestinationis nostre satis certi non sumus. Judas in ipso Apostolorum damnatus est: ergo in sanctissimo quoque, perfectissimoque muree damari possumus; neque aliud consilium, quod amplectamur, suppetit nobis, quam quod S. Paulus docet, ut videlicet de nobismet ipsis diffidamus, & obsequentissimum confidentiam in Domini gratia, & auxilio constituamus. Verum enim vero si Judas in J. C. societate perit, quomodo non contremiscent ego, qui in mundo, & magnis mundi societibus irretitus, ubi tot mihi scandala occurrunt argumenta? Nunquid in Dei gratia, quam mihi impertit, confidam? Eheu! id immo me terret, etenim JEUS CHRISTUS Judæ, quam mihi, majores, uberiorisque gratias largitus est. Quid ergo? nam in familiaritate, quam cum Deo in precibus meis habere

potuissim? Heu! Judas ad trisannum gavissus est filii Dei consuetudine. Nunquid in penitentia mea? Judas quoque egit penitentiam, & nihilominus reprobus est. Haud equidem Domine. Non confidam vel in gratia, quibus me large, effulente donasti, neque in mea penitentia; sed omne præsidium omneque spem meam in tua misericordia constitutum, semper animo fovens timorem judiciorum tuorum; per hanc quippe video unicum esse rationem, per quam justii constant, & peccatores resurgunt: Possit firmamentum ejus formidinem, ait Propheeta Pf. 88. Unde inferendum est, salutem nostram in mundo cum timore esse operandam, quandoquidem Apostoli ipsi in Dei societate perverti poterunt. Præus Angelorum in celo perierat, sed illius exemplum non fati afflicebamur; primus hominum perierat in paradiso terrestri; sed ejus exemplum nimis adhuc a nobis aberat; nobisque opus erat exemplo, quo edoceremur, in sanctissima quoque mundi in societate perire non posse: illud vero nobis in calamitissimam juda persona præbuit Deus. Post hæc Dei Judicia metienda non erunt? Post hæc inanem salutis vestrae confidentiam temere fovebitis, ignaveque, & sollicitanter illam operabimini? Judæ reprobatio ita nobis utilis esse potest, ut Dei vereamur judicia; etenim gignet in nobis salutarem metum, quem Propheeta a Domino expetebat: Cogite timore tuo carnes meas, a judicis enim tuis timui. Pf. 118. Boord. in manus, med.

Vulgares conversiones a metu incipiunt, & desinant, in amorem. Timor judiciorum Dei introductum amorem perfectionem illius, acus instat, S. August. ait, sicut viam aperiens. Carnem salutari terrore configit, ut in animam charitatis perfectionem immitat. Idcirco Sapiens Prov. 14. Domini timorem vite fontem appellat: Timor Domini fons vite: Quemadmodum enim exiguus fons in rupe cava, aut in terrene viteribus delitefcens extrinsecus proficiens efficit, qui subinde crescens, atque cum ingentium fluviorum aquis se se conjungens, una cum illis fertur in oceanum: ita primi illi terrores, quos Dei brachium super peccatorum caput sublatum excitat in animabus eorum, sunt veluti fons salutis adhuc latens, & in imo cordis sepultus. Profilit autem extrinsecus per quadam penitentiam signa, & alius pietatis: crescit affluentia gratiarum per Sacramentorum ad que noxios adducit, rivulus manantium; & denique perseverantiam in bonis operibus palliat in divini amoris fluvium convertitur, ac feliciter desinit in perfectionem charitatis, omnem timorem foras expellens: Perfecta charitas foras mittit timorem. I. Joan. 4. Abbas du Jury, sermone de S. Magdalena.

Peccator sepe per ea puniatur, que iniquitatis suæ instrumenta fuerunt. Eadem castre, qua unus fuerat Ablalon, ut corda Israel seduceret, utas est Deus, ut funesta neceret vincula, que mortis ejusdem fuerat. Ignis ultor, quo Levita illi absumpti fuerat, qui contra Moysem, & Aaronem deseruerat, egressus est ex eadem acerra, quam sacrilegis manibus deferebat. David ultor est gladio Goliath, superbi hujus gigantis, qui Dei viventes exercitibus insultabat, caput amputaturus: & ebrietas, quo impudicus Holopernes se proliat, illum inermem detrahit strenue Judithæ, que abluvit opprobrium populo Dei inimicos ejus operiens confusione. Ita peccator decidit in foveam, quam fecit. Idem.

Animadvertendum hic est, utilius esse ire ad Deum metu justitie, quam præcipiti spe misericordie. Operatore pretium est, quod peccator sibi met ultorem hanc representet ultionem, que peccatum impune abire non patitur; neque ita periculosum est, ut existimatur, cogitatione ipsa in infernum descendere, ut pæne impij delinæte illic spectentur. Ideo, que animam replent formidiae, superbiam ejus infringunt, imminuunt præsumptionem, atque majori cum ardore Deum versus impellunt. Cum fineltes peccati effectus sentimus, tunc magis sincero illud odio persequimur, & minus periculum est, ne iterum labamur. Denique dici nequit amplius, quod nobismet ipsis blandiamur, ambulavimus per viam, quam Deus nobis indicavit, vidimus, quidquid horrore erat in scelere, ejus partem laimus conscientie stimulis agitari. Timor decidendi in manus Dei ultoris nos retinet in officio, ac illusiones in penitentia adeo frequentes minus metuenda sunt. Idem.

Primorum temporum legantur historia, & innotescet, diluvio terram inundatam fuisse; quia alterum corruptionis diluvium præcesserat, & quia ne unus quidem inveniebatur homo, qui bonum operaretur. Deo quidem cura esse debebat pulchritudine operis sui, que proculdubio hæc squarum eluvis

Peccatoris conversio, ut peccatori initium ducit a timore.

Deus sepe punit peccatorem per ipsa peccatoris instrumenta.

Utile est peccatori Dei justitiam time- re.

Penis, quas de peccatis Deus sumptis efficere debet, ut illum timeamus.

ne detrimentum erat passura; & si unquam multitu- do peccatorum divinam remorari debuisset iustitiam; hoc illo quidem momento debuit accidere. Attamen solus Noe, qui iustus erat, mortem effugit, quem- admodum generalis expers fuisse corruptionis. Post hæc te impune abiturum credide inopiorum numero factus. Mirum esset, si vite cura negligenter, si venenum cibaretur, eo quod fœnetici multi hoc faciunt. Idem.

Utilitas ti- moris Dei.

Quomodam impetrens anima moveri potest, ni- si per iustitia ideas, quæ una ipsam flectere potest oblationem, & cogere cor, ut se se dedit? Utile est etiam illis, qui nondam satis in Dei timore pro- fecerunt, rationes servare, quæ illum excitare pos- sunt, ne in peccati servitute ingrediantur, ut sal- tem a nefariis actionibus abtineant, nisi profusus om- nium eorum æstinguere possint desideria. Petere illos etiam præparat, ut virtutis illecebras sentiant, & pietatis dulcedinem gulent. Alii denique timor periclitur, vel potius in ejus locum succedit chari- tatis proprium enim charitatis est timorem expellere. Itaque illum nihil esse, nemo ire potest incipias; & quin eodem uti nos pudeat, meminisse debemus, Sanctos omnes illum suadere, eumque respicere tanquam principium sapientie, & viam, per quam ad perfectionem, & pacem aditus parat. Idem.

Regibus quo- que timendum est Deus.

Vos, qui nominis vestri terrorem injicere cupitis fœvissimis hostibus vestris, timete Deum, si ad ho- minibus timere vultis; & scitote, nulla re ma- jorem contra mundum auctorem acquiri, quam per ti- morem Dei: *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Hoc pacto loquebatur regis Propheta, qui omnes gloriam, roburque suum in Dei timore consistebat, eumque impensus flagitabat, ut ip- sius cor suo timore configeret: *Confite timore tuo car- nes meas.* Hoc illud est monitum, atque consilium, quod Josue Israelitis legavit, antequam ex huma- nis decederet. Invictus ille bellator triumphis magis ornatus, quam annis, cum prope esse videret, ut gloriose vite finem imponeret; Vixi, ait ille in milium suorum concione, & vici: triginta reges, & ultra, in vincula coniecti, aspectu solo urbes for- tissimas everiti, ac victrices hostium copias fodi; & Sole cursus pernicitatem cohibente, ne inimicorum turpis fuga, & pudor nocturnis tenebris contegeretur, iusta ire meæ frequentissimum, fortissimum- que exercitum, qui mihi utpam fuerit adversarius, immolavi. Verum licet fortissimus heros sis, non ideo sum immortalis: *Et ego ingredis viam universa terre.* Josue 23. Vestrum est gloriam a me vobis partam tueri. Vobis equidem illam tradam artem qua fretus semper ex acie victor discessi: *Nunc ergo timete Deum, Deum timete, atque semper eritis invicti; ac certo scitis, hoc timore fortitudinem acquiri, ac veros fortis, & strenuissimos viros roborari.* De *Mareville in libro de ecclesiastica eloquentia.*

De Atheo- rum, impio- rumque in- terditate.

Dicant sane impii quidam, imbecilla, angustaque dumtaxat corda posse metere ea, quæ Dei nomine nobis intentantur; vel potius suam fateantur infelic- itatem, & sciant, eum, qui magis timet Domi- num, vere imperterritum esse, propterea quod qui Deum timet, nihil præter Deum timet, & qui Deum unum timet, nihil in terris potest timere. Timete Dominum, Sapiens Eccl. 12. ait, hæc enim tota est hominis fortitudo; *Deum time, hæc est enim omnis homo;* & vera gloria magis in hoc ti- more, quam in omnibus terre opibus, honoribus- que consistit: *Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni, & insatiabiles.* Idem.

Deus semper est terribilis.

Deus, quantumvis sese familiare prebeat, sem- per terribilis est; licet non alia suppeteret ratio, qua ille per se invisibilis est, & potestates omnes, que non videntur, secum semper afferunt terrorem. Quidquid ignotum est, verus quidam ait, magnum habetur. Ita Sanctus Paulus nos ad prælium cohortaturus in tentationibus ait, prælium hoc ter- ribile esse, & maximopere pertimescendum, quan- doquidem ineamus est non cum corporibus, sed cum spiritibus ad omni materia expeditis. Atta- men quid omnium malorum Angelorum conatus, & vis esse possunt, si cum Deo vivente, cujus invicta potentia est, comparentur? Viri principes non semper omnia habent potestatem, quam cupi- unt; eaque sæpe locis, ac temporibus, circumscri- pta est; & Deus unus est, qui efficere possit, qua- cumque capit. Univerfus orbis, Sapiens ait, ar- mabitur ad ultionem inimicorum ejus. Ultio Dei in tonitruis murmurat, emicat in fulguribus, exundat in fluminibus, depopulatur in inundationibus, in exercitiis igni, feræque vastat, & in mari deglu-

tit. Heu! quomodam Deus terribilis esse non potest, quandoquidem creata ipsa sensu carentia sub pedibus illius contremiscunt? *P. Caussans in Rubo ardenti.*

Dei timor est salutis.

Videmus arma veneno imbuta, ubi vulnus infe- runt, certissimam inferre mortem; efficiunt enim, ut virus languini commisceatur, qui deinde fluens, & ad cor ipsum dilapsus ita vite fontem inficit, at- que corrumpit. E contra vero sagittæ, quas Deus in peccatorem contorquet, salutari imbutæ sunt phar- maco; & statim ac percussuræ, metumque cordi attulerunt, ubique medicam, vivificamque virtutem effundunt. Hinc Propheta Deum orat, ut carnes ipsius suo timore confodiat: *Confite timore tuo car- nes meas.* Psalm. 118. ita ut celestis hujus medici tanquam potissimum habeatur aphorismus: *Timor Do- mini expellit peccatum.* Eccl. 1. Sed hæc regula ne- quaquam inanibus obnoxia est conjecturis &c. *Alibi- zens tentus concionator.*

Malum, quod Jeroselyma post tot scelera, infi- delitates, & ut idem loquitur Propheta proliu- tiones, per Ezechielem Deus fuit munitus, non est ejusdem exitium, quemadmodum alias Ninivem se- everfuram portenderat; sed munitus est effectum se, ne illa ulterius indignationis, iræque sue fen- tret effectus, quos ingrata civitas jure merita fuerat: *Auferetur adus meus a te, & quiescam, & non irascar amplius.* Ezech. 16. Heu! hæc maxima est ira Dei quæ irritati nota, nullam ire sue in hac vita notam tribuere! Etenim ut Sanctus Hieronymus in hunc locum inquit: *Ex hoc perspicimus grandem offensam esse, nequam am curâ haberi a Deo, sed permitti hosti- nem sceleribus suis.* Hoc argumento est, Deum de correctione nostra desperare, quandoquidem nos cor- rigere negligit. Terribile malum, Fideles, & mil- lias metuendum magis, quam severissima quali- bet divina iustitia flagella, que aliquam saltem no- bis spem misericordie in altera vita relinquerent, & que in presenti pena desicerent, quæ quantum- que sint, semper sunt divinæ bonitatis effecta; quandoquidem ad id unum illa Deus nobis immitit, ut æternum possimus evitare supplicium. *Ex manifeste sermone.*

Magna sup- plicia, qui- bus Deus in hac vita pu- nit peccato- res.

Sanctas legamus historias, percurramus omnia, ma- gna, atque terribilia divina iustitia exempla: non- ne illa totidem voces sunt, quibus admonentur im- pii, ea mala, quæ similibus eorum contigere, il- lis quoque aliquando evenitura? Etenim ubi nam Dei est iustitia adeo severe alios puniens, atque ul- tionem suam usque ad innocuos extendens? Ete- nim in diluvio Deus octo dumtaxat servavit animas, & reliquam genus humanum immentis fluctibus de- levit. In Sodomæ incendio una Loti familia salva facta est, reliquis igne de celo demisso consumptis. In seditione Core, & conjuratorum ejus, quidquid mortalium in tabernaculis eorum verlabatur, dehi- scens absorbit tellus. Heu! quot innocentes & in diluvio, & in Sodomorum igne, & in rebellionem ta- bernaculis una cum noxiis interierunt! Quenam igitur hæc est iustitia, in alios quidem adeo severe animadvertit, flammis absumere, terra, fluitibus- que deglutire, & ultionem ad ipsos etiam culpa car- entes extendere, & alios vero tot sceleribus conqui- natos impunes abire pati? Non deest igitur, cur metuent hujus effectus iustitie, quæ eo magis seve- ra futura est, quo magis fera fuerit. *Ex Christianis serm. tomo 4.*

Divine ju- stitie exem- pla impis terrorem de- bent inantè

Non loquimur quidem, ut impii; sed non aliter vivimus, ac illi: sermo quidem alius est, sensus ve- ro idem. Si enim divinæ iustitie fidem haberemus, nonne & ejusdem timorem haberemus? Hi duo sen- sus invicem non separantur, neque in ipsis demoni- bus, qui credunt simul, & contremiscunt. Si ergo tantumdem fidei nobis esset, quantum non Angelis, nec Sanctis, sed quantum demonibus adest, ne nos quidem iustitiam Dei metueremus; & cum hoc timo- re, quem omnes demones habent, præ illis inno- centiam, vitæque probitatem haberemus. Nam quan- tum fides a timore, tantum timor a vite probitate separari non potest. Idem.

Divine ju- stitie sup- plicia non ter- rentur.

Quidquid dicant impii, ut timorem Dei redarguant verum est, Deum ipsum huic suam gloriam, gratiam huic victorias suas, religionem aras, virtutem merita, omnesque peccatorum salutem, & conversionem debere; & ex Tertulliano liquet, Ethnicos nun- quam magis converti consuevisse, quam cum de iudiciis Dei verba fieri audierant: *Nos in hac disciplinam meum præjudicium iudicii transvolamus.* Ideo explicite metum hunc salutis basim appel- lat, cum nulla res tot homines in Dei servitute conti-

Quam utilis sit Dei timor.

contineat, neque tot flagitia cohibeat, quot iustitia metus: juxta tritum illud axioma. *Plures timor in- tra legem cohibet, paucos voluntas.* Hic clypeus est, Sanctus Chrysostomus ait, propugnaculum, arx, vel si mavis tuemaris animæ christiana Angelus illi simi- lis, quem Deus præ foribus terreltris paradisi col- locaverat terribilem ensem dextera crispantem, ut peccatori aditum intercluderet. Idem.

Vult Deus nos iustitia illius timore affectos esse.

Hoc tantum metu nos affici Deo filius jubet: Ne timeatis, ait ille, eos, qui corpori quidem vestro mortem inferre possunt, & nihil præterea detrimen- ti afferre: sed illum timeate, qui animas vestras cum corpore perdere, & utrumque extremo supplicio po- test afficere: *Ita dico vobis, hanc timeate.* Homines quidem temporalem tantum mortem possunt inflige- re. Deus vero mortem æternam inferre potest, ideo- que hanc timeate. Mala omnia, quæ mundus afferre potest, illis tantum sunt mala, qui eorumdem supe- randorum patientiam non habent: sed illa, quæ Deus afferre potest, hominum constantiam excedunt: ita- que hanc timeate. Quamquam consilium inierit homi- nes perdiri vos, hos adhuc lenire potestis; illi nan- que immutare possunt: sed verbum Dei nun- quam mutatur; iustitia illius vel æternam susti- nenda est, vel in hac vita prævertenda: *Hanc time- re.* Idem.

Dei iustitia, & ita meten- da est.

Iustitia Dei adeo terribilis est, ut vix illius ideam ab idea iræ ejusdem separare possimus: ita tamen ipse nihil est nisi iustitia. Contra malos irascitur; ita passim sacra Biblia loquuntur; sed quantumvis iratus sit, semper sibi præ est, nec unquam ullis af- fectibus perturbatur. Impios citæ animi motum, & agriundinem percutit; tranquillam manu in illos suam ultionem exercit; sua contorquet tela, & tonitrua; damnat, reprobat semper immutabilis. . . . Quo- modo igitur explicari hæc potest Dei ultoris ira, quæ nobis est metuenda? Hæc sedit in pecca- torem, qui motus ejusdem patitur. Ira agit; peccator agitatur. Ubi ille peccavit, traditur cu- ris, tumultibus, omnibusque agitata conscientia furoribus. Exceat ira; peccator excecatur; ejusque agriundio rationis, fideique ipsius lumi- na extinguunt. Ira periculum legit: peccator se se in gravissima quolibet mala precipitem agit. . . . Deus contra peccatorem irascitur, hoc dicitur quid- dem postquam, quandoquidem spiritus sanctus hoc dixit: *Peccator in exitum suum armatur, & per- rit. Labor, cui timetur: Animadvertitur in varia reli- gionis, & hincque argumenta tom. 2.*

Illis, qui in mundo effu- gent, præ ceteris ma- gis metuen- dus est Deus.

Quendam spectaculum principibus viris exhibit immensa pelagi munda, ubi illam munitis arena gran- ulis coercitam vident! Ullumne corpus est in om- nium magis, quam mare? ullumne magis contem- nendum, infirmumque, quam arena granum? Et Ocea- nus iratus, ipsumans, & furens sine vi in litore subsedit, minuta, quæ illum ibi præsolatur, arena victus, & fractus! Principes granum Deo toto celo munitis sunt, quam arena granum habita oceani ra- tione; quarum indiget virium, ut illos humiliet, atque prostrat; Quæstioni respondere difficile ef- fect leviter levitatem experiret, si quis illum nula- re proflus indigere affirmaret. Homines, quos humilis eorum conditio longe a nobilibus femovet, & qui præ reverentia coram illis contremiscunt, quam concipere possent ideam de divina potentia? Quomodo fieri potest, ab illis Deum adeo param timeri, ut nihil omnino timeatur? Sed quot poten- tiam illius formidarent, si meminissent, principi- bus viris, qui subditis suis adeo terribiles sunt, eisdem, ac subditis eorum, esse ejusdem timendæ rationes? Idem.

Dei timor constantiam nostram ro- borat, non minuit.

Humani timoris naturalis effectus est constantiam nostram extinguere, sensumque nostrorum nobilitatem suffocare. Dei timor nobis generalitatem inspi- rat, nobis vim tribuit, neque supra nostras iniri- mitates atollit. Omnis hominum potentia nihil aliud est, quam inare pantanina, si illam cum Dei om- nipotentia conferamus. Mala, que nos similes effi- cere possunt, levia sunt, fluxa, contemnenda. Deus unus nos opprimere potest, fuisseque plagis in ni- hilum redigere. Videtur ergo sola adeo terribilis Do- mini idæ nos turbare, terrore, & ad desperationem adigere posse; & e contra quo magis illius mina nos terrent, eo majorem constantiam concipimus, eo majorem præ nobis ferimus fortitudinem. . . . Omnia terrorem incitant homini hominis alterius edium, iramque metuenti: contremiscens ad singu- los gressus aliquid tutum per fugium requirit: aly- li, qui tutissimum habentur, apud illum suspitione non vacat; metus illi ne momentum quidem quie-

tis tranquilla permittit. E contra vero omnia ma- gitudinem, magnanimitatem, sublimitatem ostendunt in eo, qui Dei iudicia extimefcit. Nulla re concuti potest: irridet, quidquid in creatis rebus terribile est, nescit gravissimis adversitatibus vinciri; casus varii animom ejus non mutant. Idem.

Timor, quo percutus erat David.

Audite sanctum regem David. Interdium, noctu- que agitabar, atque torquebar, nimitiue fletibus jam jam lumen oculorum atterebatur, indefinenter clamabam ad Deum: *Quam terribilia iudicia tua, Domine! Verum eo in oppressionis statu, in quo sum, hoc unum peto, ut me magis adhuc timore tuo repleas.* Illum alte inferre cordi, carnisus, sensibusque meis, ut nunquam timere te desinam: *Confite timore tuo carnes meas.* Psalm. 118. Sed cur a Deo petit timorem, quandoquidem illum jam tanto- pere metuebat? Scio equidem, respondet ille, quid petam. Si id antea fecissem, melius fecissem, ne ego quidem peccassem. In ipso timore confido, ibi- que certum meæ salutis pignus invenio: *Quæ iudicis enim tuis timui. Pater Gironi in Adventu, sermone de falsa pace.*

Hæc sancti Cypriani solida est argumentatio: *Defectus ti- moris indicium est fidei debere & damnationis est causa.* Si metueret, modum diligenter inquireret, quo hæc effugeret mala: *caveret: & si hanc bona fide perquireret, eum sane inveniret, neque se fide, uti sit, in præceptis conciteret: vitaret.* Sed labi- mur, quia ultro nolmet periculo obijcimus; nos- met periculo obijcimus, quia illud non timemus; neque illud timemus, quia minima credimus. *Idem sermone de fide.*

Iustitia divina thesauri infiniti sunt, non secus ac misericordia; sed inter ultiones, quas in hac vi- ta contra peccatores exercet Deus, nulla, adeo di- cere, magis est fœnesta, quam silentium ipsius, at- que patientia, qua nos quiescere sinit. Tunc enim secreto magis mortuos meditatur lectus, & ut Scri- pturæ vobis utar, ira sua gladium excavit. Per- cutera cessat, ut gravius percutiat, & quemad- modum furoris sui diebus sua non obliviscitur boni- tatis, vulgo etiam sub bonitatis specie maxime terri- bilia sua celat iudicia. In hac malacia, que ipsa tempestate periculosa est, in Dei misericordia con- fidimus; & quoniam nimis confidente in eadem stu- tumus, eam a nobis anovemus, quam mereamur. *Idem P. Gironi, sermone de falsa pace conscientia.*

Timoris sen- sus, quo ha- bere debet peccator.

Peccavi, dicere debet peccator, sum igitur obje- ctum iræ coram Deo, indignus sum iustitia illi- us, & in me fortasse quamprimum ejus iustitia de- fœviet. Demittat ille de celo ignem, quo absumar; hoc ille potest: aperiat terre sinum, quæ me dehi- scens absorbeat; hoc meritis sum: mors ejusdem im- peris obsequens repente vitæ meæ flamen succidat, hoc retroactis sæculis mille contigit, & nostris quo- que temporibus quotidie contigit; ego ne hoc ipsum supplicium seram? Nihil scio; hoc unum scio, id mihi jure esse timendum. Imminet capiti meo iudex, qui me persequitur; sub pedibus meis jacet infernus, qui me præsolatur; in corde meo gero damnationem meam, ac mihi fœxentati circum- stant inimici, ut illum exequantur; Peccavi: unum dumtaxat peccatum anime juges incutere debet ter- rores propter periculum, cui obijcit illam; quid autem infinita peccatorum multitudo, quibus tota vita mea constat; quomodo illa universa respicere possim? Quo plura paravi, eo minus ponit; at- tamen magis contremiscere debere. Nunquid ad cumulatum usque mensura oppleta est? an quantum- vis parum adjiciam, periculum est, ne illi cumulus accedat? Idem.

Prohibet Sapiens, ne timere cessamus peccatum illud, pro quo Deo satisfacere adnisi sumus, & cu- jus ventiam consecutos nos fuisse putamus; quomo- do ergo non reformidem tot a me patrata flagitia? Etenim quid hæctenus egi, ut divina satisfacerem iustitie? Tot annorum peccator, ubi nam illud mo- mentum est, quo penitens fui? Ubi lacrymæ, quæ fudi? ubi preces, elemosinæ, jejunia? Si Deus me vocaverit, quid respondebo? Si a me ratio- nem expecterit, quo confugiam? Mecum gelato iniquitates meas, & sub hoc ira thesauri obruar. Idem.

Timere de- bemus pro- pter patrata scelera, & pro eis, quibus Deo non sa- tisfacimus.

Semper homines sumus, ideoque semper fragi- les, semper incerti eorum, quæ præterierunt; semper eorum, quæ futura sunt, incerti; gestantes, ut loquitur sanctus Paulus, pretiosam gratia thesau- rum in vastis siccilibus, quæ semper ad minimum quemlibet ictum confringi possunt. Sancti quoque trepidaverunt; eorumque exemplum potissimum vobis

Temendæ est semper, ne Dei gratiam amittamus.

proponere volo, ne magis, quam illi, confidere velitis. Illi homines erant proflus divina sapientia repleti, & magis, quam nos, caelesti lumine illustrati; & impii solum, quibus nullam est lumen, religio nulla, timores eorum inanes terrores vobis possunt? Homines erant consummate virtutes, & qui ex fere certissimis indicibus certis in cordibus suis censerant presentiam spiritus Dei, qui habitabat in ipsis. Penitentes erant austeritatibus attriti, Anachoretæ orationibus abditæ, Apostoli zelo succenti, & laboribus fatigati, Attamen sancti illi, quantumvis sancti, adhuc de sua sorte post vitam ambigebant: & conscientia sua illis nunquam satis munda, atque integra videbatur. Ubi secum æterna reputabant supplicia, perturbabantur, atque stupore percussi, artubusque omnibus capti manebant. Oculis lacrymarum imbre madentibus, & pallenti facie ad divinam contagebant misericordiam impetratori vel peccatorum, quæ se patrasse putabant, veniam, vel gratiam contra illa, quæ poterant perpetrare. Martyres ipsi, quemadmodum Sancti Augustinus, & Cyprianus animadvertunt, in ipsis etiam aequalis timebant, cum circum se eos viderent, qui suppliciorum honore commoti fidem abdicabant. Vos autem tot jam titulis dampnandi, cum prope sit, ut damnationi vestre cumulum adjiciatis, eam præ vobis fertis confidentiam, quam sanctitas illis non præbet, qui magis sperare deberent, & qui magis in meritis suis confidere possent. *idem.*

Ex omnibus religionis nostræ veritatibus, non alia magis terribilis est, quam quæ exiguum esse electorum numerum asserit. Attamen quotquotque eadem afficitur? Quamvis hoc verum esset, ex decem mortalium millibus unum dumtaxat damnandum esse, deberem adhuc contemnere, & metuerem, ne ego hic essem infelix. Hæc fieri potest, ut ex decem millibus vix unus saluus fiat, & non contentio? Sed non ne tanto major mihi timendi causa est, quo minus timeo? Mea hæc in re securitas non nisi effectus esse potest erroris, & cæcitate mee, quæ celum periculum, in quo sum, & me in eam statum adducit, in quo illud neque evitare, neque prævertere valeam. Si Dei filius dixisset mihi, omnes Christi fideles salvos futuros, dixisset, quæ aperte, uti dixit, exiguum fore numerum electorum, nunquid in salutis nostræ negotio magis securi viveremus? Non negamus, omnia scopulis esse præcipitata, nos in magno perenni discrimine versari: & nihilominus hæc frivolum tranquillitate? Quis secutos nos facit? Nunquid minus timendum est nobis, ut minus nobismet ipsis invigilare debeamus? Et quia minus sensimus excidium nostrum, nunquid minus erimus infelices? Hæc! licet non alia nobis esset metuendi causa, quam hæc fatalis securitas, & hæc mira suppositio, in qua sumus; nonne id satis esset, superque, ut de sorte nostra trepidaremus? Undenam hæc ergo proficili potest asserta constantia; tanta hæc in tanto discrimine certitudo? *P. Crisost. tom. 1. recitatum.*

Si morbi alicujus contagio in urbe grassatur, qui libet sibi timet, & cavet. Quæ remedia! quantum amulet! Sibi quilibet honestissimum quodvis solatium interdicat; ludi, cætas non sapient ultra; ab omni abstinentus commercio, atque inira solitudinis horrorem nolmet continemus. Quorum autem tot precautions? Quis mors timetur? Non timeamus autem æternam calamitatem, scientes plerisque mortalium damnari? Nunquid æterna calamitas metuenda non est? Multitudo currit in interitum, unus fortasse in mea familia salvabitur, neque in id omnem operam, industriamque transmittit, ut ego iste sim felix prædestinatus: utque salutem meam certam faciam, id capere consilium non possum, ut quædam pericula evitem, ut quibusdam utar precautionsibus, ut mihi metipsum consulam? Qui stupor! quæ insania! *idem.*

Optima sententia est, quamvis primo statim intuitu paulo difficilior videatur; tutius in cælum trepidando, quam nimis confidendo perveniri. Deus illos præfert, qui suam sentiant infirmitatem, & qui humiliter ad ipsi gratiam coniungunt, illis, qui in sua virtute confidunt. In gratia idem est ac in mundo; proceræ arbores fulmineis ictibus sunt obnoxie; & illi, quibus benigna aridet fortuna, & qui ad altissimum magnitudinis fastigium evehi videntur, sæpe propiores sunt excidio. Qui præ cæteris sanctitatis laude nitescere videbantur, sæpe funestos lapsus experti sunt, & in gravissima cecidere flagitia; cum interim imbecilles anima, quæ semper timebant, atque ploraverant, strenue vehementissimis tentatio-

num ictibus minime cederent. Virtus cedere nescia, & ad studii finem toto perducens nonne eximia dicenda est? *Antist. Anonymus.*

Cum divina iustitia diu nostras iniquitates sustinuit, & diu penas ex nobis reposcere distulit, tantum abest, quod hæc nobis dilatio pro fuerit, ut immo augeat supplicium. Quo magis poena differatur, eo severior est; quo magis Dei brachium super scelera nostra sublatum pependit, eo gravius vulnus infligit. Illius enim iustitia, quæ nihil impone pari potest, non solum iniquitates nostras juxta earum pondus, numerumque punit, verum etiam contemptam ulciscitur misericordiam; & hæc misericordia, quæ pro nobis iustitie obstat, contra nos in iustitie partes concedit; & quæ differere supplicia, recepta causa fit, ut eorum severitati accessio fiat. *Abbas de Anagnin in Specimine eloquentiæ.*

Cum homo se ipsum amet, ideoque oderit, quidquid sibi officere possit, opus non est, ut oraculis fidei doceatur timere Deum ultorem, certaque supplicia, cum hæc in re natura locum obtinet religionis, Timor adeo alias in anima illius efficit impressiones, ut sæpe eadem ibi relinquat vestigia, æstusque creat agitationes, quas malum ipsum, Attamen hic timor adeo naturalis, & effectus corruptionis propensionis cedit, & quamquam homo in æternum infelix futurus sit, cessare tamen non vult, quo minus sepe criminibus abdat. Nunquid opus est, ut peccatum destruat hominem destruat Christianum; & ipso natura sufficit motus, postquam gratia motus extirpat? *Ex tractatibus Gallicæ academiciæ celebrati anno 1689.*

Inter omnia auxilia, quæ hominem sustinent, & in innocentia conservant, omnium efficacissimum est timor Domini, & iustitie ipsius recordatio. Timor, quem inspirat natura, docet ratio, religio præcipit; qui malum evitare, & bonum exercere nos jubet, qui perfectionis & sapientie principium est, qui gressus nostros fit in via virtutis, eosque in vitii periculo proclivi retinet; qui iniquitatem in ipso sufficere ortu, vel qui illum in suo progressu coercet; qui peccatori antequam scelus committat, metas tentat, & ubi illud commiserit, eum punit; qui illum in sua turbi regit, in somno terret, & in omnes volapates ejus effundit amaritudinem. Timor, qui a Deo profectus nos etiam ad Deum felicitat compellere, qui nos revocat, ac efficit, ut nosmet colligamus, ubi per affectum impetus aberravimus; qui insidenter ad nos clamat, nos persequitur, in locis omnibus adoritur, nosque metipsum nobis graves, & non ferendos facit. Avellatimor hunc de hominis corde, quid ibi reliquum erit nisi corruptio, & nequitia? *Ex eadem collectione.*

Necessario inter divina attributa ratio aliqua inter esse debet, & iniquitas perfecta est, quæ omnibus esse debet communis. Opus est ergo Deum infinite justum esse, ut sit infinite misericors: nam quemadmodam quilibet est in Deo, ipse Deus est, si iustitia illius ullis inibus coerceretur, ita & illius essentia finibus esset circumscripta. Iustum est ergo, peccatoris poena quemadmodum infinita paniri, non secus ac in cælo sancti infinitam mercedem recipient. Sed cum homo par nequam sit infinite vehementem poenam ferendo, quia potentia infinita infinite agens in eus fruitur, hoc in nihilum redigeret, quoniam hoc illius actionem sustinere, eisque vi resistere non posset, opus est poenam in duratione sua esse infinitam. Quis autem non vereatur iustitiam hanc, quæ propier unum mortale scelus poena æternitatem requirit? *Antist. Anonymus.*

Tot, tantaque de misera æternitate dicuntur; verum intelligitur ne, quid sibi velit in æterno dampnari: & hoc, uti decet, timeatur? Sæpe de hac æternitate sermonem audientes, sensim assuescimus hæc voci, & rei, quæ per illam significatur, & inde fit, quod adeo parum afficiuntur. Attamen nihil majorem nobis debet terrorem incutere. Post vitam hæc brevem, fragilisque, & singulis diebus labentem, altera adest sempiterna duratura: & quodnam futurum sit fatum meum, nescio. Nisi æternum beatus fuero, æternum infelix ero: inter hæc duo extrema nihil est medium. Electorum numerus exiguus est. Nunquid ex numero hoc ero? Nihil scio. Hoc unum scio, me certe nondum aliquid fecisse, propter quod in prædestinationum numero adscribi meritis fuerim: ideoque parum mihi felicitatem premittere nequeo, donec aliquid præerea non egero, ut illum merear, ac de me in nullum redditus spem actum putarem, si ab hoc momento mea penderet.

Timor, & iustitia sui necessaria Christiano.

Divina iustitia fit magis terribilis per misericordiam contempniti.

Peccatores Dei timorem admittunt.

Dei timor in necessitate nostram naturam.

Cur Deus sit infinite iustus, infinite illius iustitiam timere debeamus.

Timendum ne æternis ignibus adjuccemur, & sumus ex numero reproborum.

Timor iustitiam Dei christianis omnibus omnino necessarius est. In libris omnibus quocumque in diem fati molita est, vel cum illi nimis fidenter persequitur, ubi necessarius est, ut illis sit quoddam veluti liberamentum, ne propter nimiam securitatem in negligentiam labantur. *Abbas Trappensis tom. 1. Christianorum dogmatum.*

deret æternitas. Quæ igitur metuendi causa mihi est? *P. Crisost. in spiritualium confabulationibus.*

Ingens ille timor, quo insignis hic solitudinis cultor se tectatur adiecit, quamvis diurnam, severamque adeo penitentiam exercuerit, nonne vos formidine replet? Sed mirabilis confidentia, quæ hunc libet timorem, & cuius vis illum sustinet, nonne simul vos ex ea animi dejectione attollit, & recreat, in quam fortasse terrores vos concipere potuit? Invicta ista constantia, quæ efficit, ut ille pro nihilo habeat omnes mortificationes, laboreque suos, & quæ illum sancte indultium facit, ut in singulis dies eorum numerum augeat, nonne secretum nostram nobis exprobat molitiam, atque languorem? Et timor, quo affectus est, nonne infringere debet audacem hanc confidentiam, quam in iis, quæ modice bona facimus, collocamus? *Antist. Anonymus.*

Fætor equidem fieri non posse, quo minus peccatorum nostrorum aspectus in nobis gravissimum gignat terrorem; sed verum non est, quod hic timor nos a throno gratie debeat amovere, & in nobis cedere possit desperationem. Deus, ut nolli, per hanc aspectum metum gignit in anima peccatoris: at quis citra impietatem putare potest, Deum in cor semis desperationis effundere? Haud ita. Cum nobis suum immitit timorem, hoc efficit quatenus patet, & filius quantumvis flagitiosus ille sit, itane patrem timere potest, ut secretum in eo minime servet confidentiam, qui illum tanquam sui ipsius partem considerans, non minus, quam se ipsum admittit? Timor ergo, quem inspirat Deus illis, qui ut Apollolus Act. 17. inquit, filii sunt, & genus illius, nunquam vacuus est confidentia, quemadmodum confidentia hæc nunquam a timore debet esse sejuncta: alioquin hæc quidem audaces efficeret, ille desperatos. Itaque timor, & confidentia sunt veluti duo pedes, qui adducere debent peccatorem ad thronum gratiæ, ut ibi misericordiam efflagiet. *Liber cui titulus: Dialogi Abbatis Joannis & Eusebii Presbyteri.*

Adeo mihi persuasum est, timorem certam esse, quæ ad Deum tendamus, viam, ut alia quælibet suspitione vacua mihi non videatur. Verum non est, quemadmodum sibi plerique persuadent, sancto hoc divinorum iudiciorum timore tolli confidentiam in æterno ejus amore a nobis habendam, cum liqueat, hæc profusus oppositum gignere effectum. Daum non diligimus, neque ab illo diligimur, nisi prout magis, in hujus illum metum, & pariter liquet, timoris nisi mensuram esse mensuram spei, quam in illius misericordia habere debemus. Illam verecunde oportet, quia, Propheta inquit, est terribilis in conspectu super filios hominum. Plerumque vero ita cæci sumus, ut quia fortasse in iniqua quadam peccata minime laetamur, in quæ alios plures ruere conspiciamus, statim nesciamus ab aliis fererimus, quos veluti iniqua iniquitatis mancipia putamus, quod efficit, ut, quia timor unica via est, per quam ad Deum illi reverti possunt, hæc nequam nostram esse cogitemus. Hæc! itane superbi esse possumus, ut nos innocantiam nostram servasse putemus, vel itane præsumere possumus, ut eam nos jam reparasse existimemus? *idem.*

Non immerito nos Spiritus Sanctus admonet: *de propria o peccata nobis esse sua mea.* Eccl. 5. Fieri quidem potest, nos non ita inelices esse, ut communibus religionis officiis minime perfungamur: verum quantumvis istinc consipere possumus confidentiam? In corde nostro adeo terribiles incubant tenebræ, & machinationes, quæ motum illi tribuunt, adeo secreta sunt, ut illa dantæxat lumen, quod afferret Dominus, cum iudicaturus advenit, tenebras illas dissipare, & illa machinationes detegere possit. Cælesmus ergo hæc alere confidentiam, quæ licet non adeo palam criminosa sit ac illa peccatorum obduratorum, aliquando minus funesta non est. Eo magis timere debemus, quo scelorum mundi hujus, in quo versamur, aspectus asserit innocentie nostra periculosem tribuit ideam. *idem.*

Timor iudiciorum Dei christianis omnibus omnino necessarius est incho conversionis eorum, etenim per hunc ille peccatis inserit sensus salutis; necessarius quoque deinceps est, cum cordis eorum durities nondum fati molita est, vel cum illi nimis fidenter incedunt. Sed in animabus etiam proventioribus, persequitur ubique est necessarius, ut illis sit quoddam veluti liberamentum, ne propter nimiam securitatem in negligentiam labantur. *Abbas Trappensis tom. 1. Christianorum dogmatum.*

Spiritus timoris, quem Iſais omnium novissimum timor dicit memorat, quoad præstantiam gradum, quoad ordinem operum primus est. Timor efficit, ut primum ad virtutem gradum faciamus. *In timore Domini de peccato veniens.*

Prov. 16. & a Dei timore ad altissimam sanctitatis apicem progredimur. Hic spiritus timoris nos adducit in nostram conscientiam secretum; efficit, ut hanc scrutemur, & ad examen venemus; ne quodvis peccatum, quantumvis levissimum nos fallat. *P. Segneri in Medita.*

Plerique mortales non ita debent Dei misericordiam meditari, ut simul non considerent illius iustitiam, & iudiciorum ejus severitatem. Et ut illius alicquem nobis conceptum adstruamus, respicienda est in hoc infinito mortalium numero, quos tradidit Deus in desideria cordis eorum, antequam filius ejus humanam carnem indueret: in integris rationibus illis, quæ nunquam de Evangelio audierunt loqui, & quæ in tenebris, & umbra mortis sepulta fuerunt; in altero mundo nuperrime detectæ, & qui ultra quinque annorum millia delituit in omnimoda ignorantia Dei; in hac Mahumetanorum multitudine, qui adeo ingentem mundi partem occupant, & qui in sexcentis brutibus superstitionibus immeriti sunt; in hæc hereticorum cætera, qui simul collecti longe Catholicorum numerum excedunt; in regionibus, quæ olim Episcopis, & fidelibus plene erant, ut Africa, ubi ne unus quidem fere invenitur: in hoc immani pravorum Christianorum numero, qui itaque queque replent Ecclesiam, ut vix videantur, qui Christiano nomine insigniri mereantur. *Specimen Ethicorum.*

In Dei misericordia confidimus, non quidem ea confidentia, quæ a charitate oboriatur, sed stupore quodam, qui ab amore procedit. Quamobrem dici potest Scripturam ad nos loqui, cum moerit, *ne dicas, misericordia Dei magna est: illa enim esset magna etiam si passa fuisset nos interire, & nos posuisset in numero tot gentium, quas Dei iustitia reliquit in tenebris, & in terribili eo Christianorum numero, qui Demonum parent imperio.* Ne abiremur nos aliquid esse coram Deo: sed si omnes homines terræ nil aliud sunt in oculis illius quam aqua gutta, aut pugillus pulveris, quem locum ipsi in hac aqua gutta, & pulveris pugillo occupamus? Si igitur iustum est in illius misericordia sperare post tot effectus, quos experti sumus, non minus iustum est illius timere iustitiam, quæ adeo terribilis est, cujus omnibus in mundi locis, omnibusque temporibus affectus adeo terribiles conspiciamus. *Specimen Ethicorum.*

Timet Propheta, & nihilominus rogat Deum, ut suum augeat terrorem, non secus ac ille, qui dicebat, *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam.* Marc. 9. Timoris principium, quod parit Deus in cordibus nostris, nobis persuadet, a nobis non stis timeri. Videmus Deum esse infinite terribilem, & a nobis parum metui, quæ res nos adigit, ut ab ipso supplices petamus, ut timorem suum augeat in nobis, eoque carnes nostras configat. Altera hujus petitionis ratio est, quod sæpe menti persuasum est Deum esse timendum, sed non ideo cor nostrum eo timore permovetur. Tamen cordis timor, non mentis persuasio tentationes extinguit. Quapropter Propheta satis non est mente vereri Deum, *in iudicium enim tuus timor.* Psal. 110. sed vult carnem quoque suam hoc timore conigi, *Confuge timore tuo carnes meas.* Psal. 118. ut sensus acer, quo caro ipsa afficitur, jugulet in ipsa tentationes omnes, quæ sensus ejusdem palpare possent. Caro clavis confixa voluptatum tentatione palpari non potest. Optat igitur, ut Dei timor hunc in ipso gignat affectum, & ita fit acer, & presens anime sue, velut clavi, qui reipsa suam carnem configerent. *ibidem.*

Quare optandus est timor, quandoquidem timor amoris proprii effectus esse videtur. Timemus enim malum, quod nobis accidere potest, quia nosmet ipsos amamus. Cur ergo dicitur, timor hic necessarius petendus a Deo? Nonne satis amoris proprii nobis inest, ut veramus, quod malorum omnium maximum nobis potest inferre? Inde hoc fit, quod licet magnus nobis inest amor nostri; nihilominus cæcus est, sensus expertus, stupidus, insanus. Rebus minimis afficitur, maximis non movetur. Sine causa timet, & non timet ea, quæ multipliciter ob causas essent timenda. In moribus suis est exlex, & amor.

Cur nimis timor debet ab amore Dei.

Cur nimis timor debet ab amore Dei.

abnormis; minimum quodlibet illum occupat, replat, rapit, & sepe quod in mundo maximum est, illum non afficit. Inignis igitur Dei gratia est, cum efficit, ut sentiamus res, quales sunt; efficiens enim, ut acriter illa sentiamus, quae magna sunt, nimis acrem minimorum sensum, qui nobis inest, mortificat. Ibidem.

Dei Timor
tutissimus est
animarum no-
strarum pro-
solum.

Inter omnia praesidia, quae hominem in pietate, atque innocencia tuentur, non minimum est Dei timor, ejusque iustitia recordatio. Timor hic, quem natura inspirat, quem ratio docet, quem nobis praecipit Religio, qui nos erudit evitare malum, & exercere bonum, qui est initium sapientiae, Pl. 110. *Corona sapientiae*, Eccl. 1. qui fugit gressus nostros in semitis virtutis, & continet illos in proclivi, & lubrico victorum, qui semper vel jugulat in ortu ipso iniquitatem, vel in progressu eam reprimat, qui minas tentat peccatori, antequam peccet, & eum puniat, simulatque peccaverit, qui illum in sua requie firmat, in somnis perterret, omnesque ejusdem voluptates spargit amaritudine. Timor, qui a Deo profectus, nos quoque ad eundem perducere solent. Timor, qui nos revocat, efficitque, ut ad nos redamus, si quando per cupiditatem egressi sumus, qui indefinenter clamat post nos, qui nos persequitur, nobisque locis in omnibus praestolatur, & efficit ubique nos nobis metipsis graves, & non ferendos. Timor hic ex hominis corde revellatur, quid ibi reliquam erit, nisi corruptio, & nequitia? *Ex tertio Sermone Academiae anni 1701.*

Christiani non habent fidem; sine comparatione minus Deum, quam homines timent; scientes hos sumere penas de iis, a quibus affecti sunt contumelia, vel de illis ultionem repetere, quos oderunt; non enim ignorant tempus suum esse breve, & postestatem suam aequae fragilem esse, ac vitam suam, Deus autem cum nullo tempore subjiciatur, integramque habeat aeternitatem ad reparandas injurias, quibus laesitur, differt animadvertere in eos, a quibus laesus fuit, quia tempus illis permittit sese colligendi, ut poenitentia sinceritate iustam illius placent iracundiam. Hinc mira rerum inversio fit, ut homines tanto minus Dei iram timeant, quo magis illam timent deberent; neque enim eam timeant, quia Deus lentus est ad poenam infligendam, & ideo tamen lentus est, ut discant, si ad eum non fuerint conversi eo tempore, quod illis in hac vita concedit, ut illos ad poenitentiam trahat, in altera prolapsum esse in iustorum ejusdem severitatem, & in aeternitatem poenarum. *Auctor Anonymus.*

Christiana
iram Dei ti-
mere debet
sicut navis
timeat naufr-
gium in vent-
pellate.

Ne ille erret, qui putat, peccantium duntaxat esse iram Divinam reformidare. Sis licet sanctior Job tam in p. o. parisi, quam in adversus, tamen Deum time tamquam fluctus capiti tuo imminentes. Nullus timor est par timori nauarum in irato mari, cuius timentes fluctus in singula momenta illis mortem intentant? Qui clamores! qui gemitus! quis tunc tumultus in navis! Ita ille timebat Dominum, non tamquam procellam, quae possit coalescere, sed tamquam tempestatem, quae iam iam ipsum erat submersura. Timor salutaris: Timor, qui Sanctos etiam decet. Sanctitas consistit in generali contemptu rerum omnium mortalium. At unde nam praesertim contemptus iste progreditur? ex adpectu Dei, qui supra nos positus similis pendulis fluctibus videtur in singula momenta permittere, ut irae suae pondus in caput nostrum prolatur. Tunc in hoc mundo nullius rei, nisi salutis animae suae rationem habet quisquam, sicuti homines, qui proximum veriti naufragium, omnia tradunt oblivioni, omnia sacrificant, & vitae suae incolumitati unice vacant, *P. Segneri in Melit.*

Hactenus temporalia bona consecutus es? Hoc certo est argumentum, te nondum respexisse Deum tuum, nisi tamquam tranquillam mare, a quo nihil tibi metuendum sit. Sed illum hodie considera tamquam mare iratum, & videbis, utrum tibi liceat de alia re quiescere, quam de salute tua esse sollicitum. Nunc cum mortis adest periculum satis esse non putant pro incolumitate sua Deo vota nuncupare; demittunt antennarum capita, funes succidunt, totis viribus remis aequora verunt, & ut verbo dicam nihil praetemitant, ut saluti suae consulant. Sanctus vir Job non gemitus tantum, praesertimque fundebat, sed praecipue opera adiciebat, hoc est omnia sua munera obibat: non reprehendit me cor meum, dicebat cap. 27. in omni vicia mea. Si ergo negligis orare Dominum, vel si satis esse ratus orare, credis te omnia fecisse pro salute tua, nonne hoc certum

est argumentum, te nondum scire quid sit, iracundiam illius reformidare? *Ibidem.*

Nomine timoris Domini nequaquam intelligendus est hoc in loco timor, quem servilem vocamus; hic minus decet ferventes Christianos, quam servos. Timor qui est, qui peccare cessant, quia certi sunt, si peccaverint, se esse puniendos. Hic quidem timor bonus est in se, quia scriptum est: *Timor Domini expellit peccatum.* Eccl. 1. Hic tamen ille non est, de quo dicit Propheta: *Initium sapientiae timor Domini.* Patet enim David hoc in loco requirere timorem, qui sit nobilior, & perfectior, qui meretur sapientiae nomen, & nihil habet servile, qui quidem est character timoris, quem filialem nuncupamus, timoris, qui *initium dilectionis est.* Timor hic efficit, ut iusti, cum illis persuasum sit, Deum dignum esse, qui ab ipsis ametur, & habeatur in pretio, selem omnino illi subjiciant, tamquam obsequentes Filii parenti, quem ledere miram in modum reformidant. Volamus ne cognoscere, utrum sapientia in nobis agere inceperit? Timore filiorum Deum timeamus. Ne timeamus illum timore servorum. *Pater Segneri in Medit.*

Et profecto quo magis anima in Dei timore progreditur, eo magis timet, ne sibi quidpiam permitat, quod dilecto suo queat displicere. Spara futurum, quod nunquam Dominum laedas: sed nihilominus semper time, ut id facias, ad quemcumque perfectionis gradum evaseris. Time etiam, ut aeternum perens, si cecideris, iustum enim esset, ut propter unicum peccatum reprobareris. Caterum ne timeas, ut mancipium, time sicut filius, qui nil magis timeat, quam ut exulet a patre, ac domo. Senus hic simul esse potest cum timore casto. *Ibidem.*

Quandoquidem castus timor semper in iustorum anima permanet, & ibi semper in dies singulos augetur, quomodo nam potest *initium sapientiae* vocari? si *initium sapientiae*. Nonne potius dicendum esset cum Ecclesiastico timorem hunc simul esse initium, incrementum, & perfectionem sapientiae? *Timor Domini gloria, & gloriatio, & laetitia, & corona exultationis.* Eccl. 1. vel ut loquitur Sanctus Job cap. 28. *Timor Domini ipsa est sapientia.* Sed illic Regis Prophetae sensum assequi conemur. Timor Domini est initium sapientiae; videlicet hic timor est tamquam radix, & fundamentum vitae christianae, & sanctae, quae jure vocari potest summa sapientia. Ecce timor Domini ipsa est sapientia. Radix arboris non solum illum erectum tenet, sed alit, sed illi dat incrementum, & uno verbo dicam, quidquid in illo est iacunditatis, atque utilitatis, ideoque illa radix est arbor tota. Similiter timor Domini, qui recte est sapientia, est etiam sapientiae plenitudo. Omnes igitur fructus vitae christianae, & sanctae, proficiscuntur a Dei timore, tamquam a radice. Si haec desiderat, haec fructuum genera derunt quoque, non fecus, ac in arbore, cuius radice exaruit. *P. Segneri in Medit.*

Frustra conser alius attollere spirituale mex perfectionis aedificium, nisi sanctus timor tuus Domine, illius esset fundamentum: tunc aedificarem in arena, & levissimus inimicorum meorum conatus ementem substructionem everteret. Da mihi, Domine, timorem hunc, qui est initium sapientiae. Non rogo servilem timorem: hic utilis est, cum mihi amorem auferat peccati, sed nimis imperfectus est. Peccato abs te timorem obsequens filii, qui magis adhuc Patrem ledere, quam ab eodem puniri reformidat. Timor salutaris, qui charitatem alit, & roborat, quemadmodum vicissim charitatem alit, & roborat. Ita est, Deus, quo magis te amo, eo magis tibi injuriam esse reformido, & a praesentia tua rejici extimesco, & quo magis vereor: ut te in aeternum smitiam, eo plura tibi praebo amoris mei monumenta iis virtutibus, quas timor ille jobet me exercere. *Ibidem.*

Nobilis est aliquando fingimus Dei iracundiam tamquam tempestatem quamdam, quae brevi coalescit, & parata est, ut quamprimum detonet, sed in quem? In alio omnes nobis exceptis. Posthac mirum non est, si magna in securitate vivimus? Sancti & contra trepidant, contremiscunt, fremunt sibi timentes, & exemplo Job dicunt: *Semper quasi timentes super me fluctus timui Deum.* Job 31. Quorsum hic terret? quia Sancti de semet humiliter tantum sentientes, se Domino crederent insultare, si ad iracundiam ejusdem adpectum esset tranquillitas. Humiles illi viri tranquillitatem suam tamquam praesumptionem putabant a Deo impune non relinquendam. Confidimus Deum, qui omnia videt

Inanis tantum
presumptio
potest Christi-
anum tuum
reddere.

scelera

scelera nostra, in nos propter illa non animadvertere, non quod sublimem de divina ipsius misericordia conceptum vocemus, sed quod de nobis metipsis optime sentimus. Videtur nobis metipsis ornati virtutibus, talentis, ac privilegiis, quae mereantur, ut Dominus habeat rationem nostri, & nobis magis, quam reliquis peccatoribus parcatur. Quae superbia: Minimus humilitatis sensus nos timore replet, ac nosmet dignissimos arbitramur praesentissima animadvertentia, quae peccatum iuste puniri queat. Sanctus Job ad singulos actus suos trepidabat: *Verebar omnia opera mea.* Job 9. Nos vero, quibus vita ignava undique ob oculos ponit acerrimas timendi causas, adeo sumus tranquilli, ac si Dei iracundia nihil haberet in se formidabile. *P. Segneri.*

Timor laedendi Deum, illi displicendi, illum de decore efficiendi, non autem pensarum timor efficit, ut Sancti minimas quascumque noxas perhorrescant. Duo haec differunt inter se, timere Dei supplicia, & timere Deum, qui potestatem habet puniendi, & qui jamjam punitorus est, quemadmodum timentes fluctus praesto essent, ut irruerent in nos. Primus ille timor fervorurum est, alter pertinet ad filios, quos potentia, iustitia, & severitas Patris continent in officio. Parati sunt, ut inde quidem manum, a qua percuterentur, occultentur, illi autem nihil praetemitunt, ne in caput suum iustam illius provocent iracundiam. Hic timor non est servilis, sed reverentialis, & Angeli quoque hoc pacto in caelo timent: *Columnae caeli contremiscunt, & pavent ad nomen ejus.* Job 26. Ita m. tuant Sancti. Legimus in Scripturis eos timere Dominum, ejus majestatem, potentiam, iram, iustitiam, severitatem reformidare: sed nullibi dicuntur illius timere supplicia: nisi fortasse per humilitatem illis se dignos esse fateantur. Salvator nos docet: *Potius timeat eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.* Postea quoque dicere: timeat infernum, quoniam timor ille bonus est, & salutaris: sed videtur illic voluisse nobis proponere perfectius nostri timoris objectum esse debere potestatem, quae illi est in nos animadvertendi, quam ipsas penas, atque supplicia. *P. Segneri in Medit.*

Si Deum di-
leximus
sentiamus
illum met-
timorem fi-
liale.

Deum ex toto corde diligamus, & cum voluptate sentiamus ipsum mereri timorem omnem filialem, & reverentialem, qui in nobis esse potest. *Timor Domini gloria, & gloriatio, & laetitia, & corona exultationis.* Eccl. 1. Anima sanctae solidam nanciscuntur gloriam, ubi se humiliant, & exinanionem, & nunquam melius agunt, quam se sub oculis Dei ponant, penes quem est exitus eorum arbitrium, & qui in illi oculi eas potest in nihilum redigere. *Semper quasi timentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui.* Quis tumultus, quae perturbatio in navi, dum tempestas saevit! Ita Domine timeo fluctus irae tuae. Naufragium, quod illi minitantur, nunquid minus formidandum videtur illo, quod in iritato mari mihi immineret? Quorsum in Nautis mobilitas, cum proximum omnia illis naufragium intentant? Orant, laborant, & fervor eorum nisi cum periculo cessat. Quae mea esset infamia, si in periculo toto caelo majori conatus meos ardentioribus votis non conjugerem? Naufragii timor fortior amore bonorum, & opum efficit, ut locupletissimos thesuros sacrificem. Timor irae tuae, Domine, nonne divellet me a bonis fragilibus, quae me periculi periculo objicit? Utique, Domine, timori aeterna infelicitatis sacrificabo universa? Quid enim me consolaretur? Sanctissimi Anachoritis non invenire poterunt in sua vel innocencia, vel poenitentia quidpiam atque amentiam in tanto periculo otari, & tranquillitate frui possunt! Confuge, Domine, cor meum salutaribus timoris tui jaculis, ejus vero timoris praesertim filialis, qui fructus est charitatis. In te non severum duntaxat Judicem reformidare volo, sed amabilem Patrem, cui aeternum cavebo, ne displiceam. *P. Segneri in Medit.*

Timor quoque sua habet pericula, quorum primum numerari potest desperatio, in quam trahit eos, qui timere nimis ejusdem impressionibus obsequuntur. A tumultu, atque agitatione ducitur initium: accedit amaritudo, & anima in mororem, atque dejectionem ruit, inde vero in desperationem; non

enim nisi unus, & hic quidem in lubrico, gradus intercedit. In hac dejectione difficillimum est resistere tentationi, quae urget, ut omnino desectamus ab itinere, ubi nihil nisi horridum, nisi dumis spiritusque confertum occurrit. Et profecto quemodan terrae potest simul sensum vis, & nobis magis, poenitentiae severitas, dura molestaque vitae austeritas cum tota amaritudine, totaque tristitia, quam immodicus timor potest immittere? Homo ex D. Bernardo in terris vivere nequit sine solatio, nisi in virtute fulciatur aliqua suavitate, arduum est diu sustinere vim, & nihil, quod virtus eadem ab illo requirit. Verum quidem est hes eosdem nisus, ipsaque poenitentiae austeritates nihil esse amari, speranti, gaudant omnem dulcedinem, quam vis amoris, benevolentiae, & confidentiae crepare potest; sed quot lacrymis deplorandus ille est, cubus cor perterretatum est, & cuius amor est avidus! *P. Aurelianus in Sermone de Annuntiatione.*

Animadvertit Aristoteles, religiosos homines, & praeter ceteris Deum magis mesuantes diversis eventibus minime concuti, & in mundo beatissimos esse. Praesto cuidam Valentis imperatoris, a quo urgebatur, ut ad Caesaris iustum iudicium articulo contra fidem Orthodoxam subscriberet, respondit S. Basilus. Ego quidem non nisi Deum timere possum. Cui cum praedictus reddidisset, se neminem unquam invenisse, qui hoc pacto sibi loqueretur: tu fortasse, generosa illa respondit anima, nunquam Episcopum invenisti. Quemadmodum arbor, quae profundas egit radices, cum vehementius in vertice agitur, firmius adharet terra, & ventus idem, qui illius fastidium concutit, solidius ejusdem pedes confirmat, ita, qui magis Deum timent, minus hominum imitationibus labefactantur. *P. Antonius de S. Martino a Porta.*

Filialis timor, quem castum etiam Patres appellant, & reverentialem reliquis omnibus meritis, & dignitate antecellit; estque unum ex praecipuis donis Spiritus Sancti. Illi, quibus hunc Spiritus Sanctus communicat, ita peccatum timent, ut quidlibet potius sustinerent, quam ledere Deum; quem licet impune possent offendere, tamen abhincrent. Filialis vocatur, quoniam proprius est filiorum, & castus, quia pudice, fidelesque convenit Sponsae, & reverentialis etiam, nam ubi duo diversa conditionis amici inveniantur, qui ordinis est inferioris, debet semper alteri adhibere reverentiam, quae fit cum assuetudine conjuncta. Timor filialis pietatem non praevait, ut timor servilis; eam comitatur, & semper cum illa conjunctus est, ac sicut tamquam filii ejusdem matris, perfecta videlicet charitatis. Hinc in Scripturis Dei timor, & charitas synonyma sunt & unum idemque significantia. David illa confundit, cum ait: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus voluit nimis.* Plal. 111. Et ubi Ilias secundum vulgatam memorat septem Spiritus Sancti dona: Hebraicus textus sex tantum numerat, vel scilicet bis pietatis nomen usurpat, ut ostendat pietatem a timore nequaquam differre. *Cardinalis Bellarminus de genuis columbae.*

Nihil audacius, aut fidentius, est quam timor Dei. Qui Deum timet, nihil timet ultra; & qui timet, ut illi displiceat, sanctumque ejusdem amorem amittat, omnia potius ferre, omnia perdere mavult, quam illum iacturam pati. Verum est, quod charitas eicit timorem; sed timorem vitiosum creaturarum, & servilem imperfectumque timorem, qui magis peccati poenam, quam ipsam peccatum reformidat. Timere infernum vitium non est, sed virtus est time-re peccatum magis, quam infernum. Addo etiam; quaedam sunt tempora, quibus necesse est communire timorem peccati per timorem inferni, ut in Dei timore confirmemur; veluti cum violenta quapiam tentatione oppugnatur, ubi facile est cedere, nisi in virtutis hujus praxi optime versati simus. Addamus ergo deinceps timorem amoris; hi duo sunt anime tendentis ad Deum pedes; sicuti pedes Dei venientis ad nos sunt misericordia atque iustitia. Neutrum relinquamus, si recta incedere volumus in viis celi, quin a perfectionis summa recedamus. Dicamus sepe cum humilitatis sensu hanc Ecclesiae Orationem: *Nominis tui, Domine, timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuo.* *Pater Noster in Meditationibus tom. 7.*

